UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

350. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

Ex Concilio Carthaginenſi.

CCCL. Auguriis vel incantationibus ſervientem à conventu Eccleſiæ ſeparandum. Similiter & Judaicis ſuperſtitionibus inhærentem.

Concil. Carthag. 4. c. 89. Halitgar. lib. 4. c. 27. Hincmar. ibid. Burchard. lib. 10. c. 7.

De eadem re. *Gregorius Papa.*

CCCLI. Pervenit ad nos quòd quoſdam incantatores atque ſortilegos fueris ſectatus cum omni ſollicitudine. Et zelum tuum gratum nobis fuiſſe cognoſcas. Studij enim tui ſit ſollicitè quærere, & quoſcunque hujuſmodi Chriſti inimicos inveneris, diſtricta ultione corrige.

S. Gregor. lib. 9. epiſt. 47. Burchard. lib. 10. c. 4. & apud Gratian. 26. q. 5. c. 8.

De eadem re. *Ex Concilio Toletano.*

CCCLII. Si quis Epiſcopus, Preſbyter, Diaconus, vel quilibet ex ordine Clericorum, magos, aruſpices, aut ariolos, aut certè augures, vel ſortilegos, vel eos qui profitentur ſortem aliquam, conſulere fuerit deprehenſus, ab honore dignitatis ſuæ depoſitus, monaſterij cenſuram excipiat, ibíque perpetua pœnitentia ſcelus admiſſi ſacrilegij luat.

Concil. Tolet. 4. c. 29. Burchard. lib. 10. c. 48.

De eadem re. *Ex Lege Romana.*

CCCLIII. Malefici, vel incantatores, vel immiſſores tempeſtatum, vel qui per invocationem dæmonum mentes hominum turbant, omni pœnarum genere puniantur.

Interpret. l. 3. Cod. Theodoſ. de malefic. Burchard. lib. 10. c. 28.

De eadem re. *Ex eadem.*

CCCLIV. Quicunque pro curioſitate

Interpret. l. 4. eod. tit.